

Syriacus n. Dicentes, Magister noster quis peccauit? Ioh. Casian Quid peccauit hic, aut parentes eius?

EXPOSITIO I.



AIETANVS, ac Ianfenius, & Hugo existimant, quod hæc non sint consequentia cum antecedentibus, ac proinde, quod cum Christus exierit de templo, tunc quod cæcum à natiuitate non viderit; nam Christus abscondit se, & exiit de templo, & quando cæcum sanauit, aderant discipuli. Communiter tamen D. Chrysofomus homil. 55. D. Cyrillus in Catechena Græca, Euthymius, Theophylactus, Beda, D. Thomas, D. Bonauentura, Toletus & alij, dicunt esse connexa: hoc indicat Euangelista in illa particula, & continuat enim hæc sequentia cum antecedentibus; & facillè intelligitur, quod cum IESVS in templo se abscondisset, discipuli videntes magistrum suum non apparere, simul egressi sunt, eumque habuerunt obuium in via.

Caietan. Ianfen. Hugo.

Chrysof. Cyrill. Euthym. Theophyl. Beda. D. Thom. Bonau. Tolet.

Chrysof.

Syriac.

Ambros.

Ifidor.

Syriac. August.

Ambros.

1. Preteriens Iesus. Locum quendam, vel per viam, vt aliqui volunt, vel per ianuam templi, in qua, vt vult Chrysofomus homil. 56. Cæcus hic, ait, mendicabat, & sedebat ad templi ianuam. De quo infra. Vidit hominem. Vidit non casu, sed alta prouidentia, ac pietate; & tam defixis oculis, ac diligenter Christus eum est contemplatus, ait Chrysofomus homil. 55. Ut discipulos ad interrogandum conuerteret. Explicatur hominis miseria, quæ Christum prouocauit ad eum intuentum. Cæcum à natiuitate. Syriacus: Cæcum ab utero matris sue. Hoc dicitur ad explicandam magnitudinem miraculi; nam qui nati cæci fiunt, multis remedijs à Medicis, & Chirurgis curari possunt; & si ab eis actualiter non assequatur, cæcus à natiuitate à solo auctore naturæ sanari valet. Vt docet D. Ambrosius Epistol. 75. ad Beliarium.

3. Interrogauerunt eum discipuli eius. Id est, Apostoli: Oculi Domini, ait Ifidorus in Catena Græca, vehementer defixi in cæcum prouocauerunt discipulos ad interrogandum. Rabbi. Syriacus, Magister noster. D. Augustinus: Magistrum, ait, appellat, quia discere desiderabant. Et optimè à Magistro quærent, qui nouit omnia nouissima, & antiqua. Quis peccauit. Ex opinione vulgi morbos censent esse pœnas peccatorum. D. Ambrosius epist. 75. Debilitates corporum referunt ad merita delictorum. Quod etiam Pharisei infra dixerunt vers. 34. In peccatis natus est totus. Et subiiciunt. Hic, aut parentes eius. Quod ex quadam simplicitate est dictum, de quo latius quæsit. 4.

QVÆSTIO I.

Quare Christus Dominus pertransiens sanat cæcum, cum sedens doceret in templo?

4. PERTRANSIENS Dominus sanat cæcum. D. Ambrosius epist. 75. Ergo, ait, nec nos qui

dem præterire debemus, quem prætereundum Dominus non putauit. Suo exemplo nos informat Dominus, vt morbo, ac necessitate oppressos abique subleuamine cum possimus, ne prætereamus; sicut Dominus non prætergreditur cæcum sine concessio sanitatis dono, ac salutis documento dato. Credis in filium Dei? Psalm. 18. num. 6. Exultauit, vt gigas ad currendam viam. Quomodo Christus Dominus vt gigas, vt explicat Brunonius, magnitudine suæ potentie superans omnia humana; cucurrit ergo viam suam solum beneficentia, an etiam simul & doctrina? Vtraque sanè simul; vnde subdit Psalmita num. 7. Nec est, qui se abscondat à calore eius. Et postea num. 8. Sapientiam præstans paruulis. Quod notauit D. Augustinus lib. 5. confess. cap. 12. Ad currendam viam, ait, non enim tardauit, sed cucurrit clamans dictis, & factis.

Christus doctrina ac beneficentia per omnes transiit.

Psal. 18.

Brunon.

August.

5.

Christus nescit stare in vno loco, quin beneficiat. Act. 10. Matth. 8. Matth. 9.

Secundò. Preteriens. Nescit mundi redemptor in vno loco stare, sed multa lustrat, ac percurrit, vt omnibus beneficentia suæ dona largiatur. Qui pertransit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, Actor. 10. num. 38. Per terram Gerusalem ambulus meus Iesus homines à dæmonio liberat. Matth. 8. num. 32. Et statim cap. 9. num. 1. subdit Euangelista: Et ascendens in nauiculam transiit, & venit in ciuitatem suam. Scilicet Capharnaum; ad quid omnium Saluator tot terras, ac maria currit? nunquid videndi noua loca affectu, vel amore patriæ detentus, vt sæpe apud homines contingit? minime, sed vt miserimo paralytico salutem prouideat. Vnde sic scribit immediatè Euangelista num. 2. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. D. Chrysofologus serm. 16. Christus, ait, quod loca circuit, quod maria transiit, non est res humani desiderij, causa est humana salutis. De magnis viris ait Seneca de tranquillit. cap. 2. Magno animo, ait, nos non vnus orbis mœnibus clausimus, sed in totius orbis commercium emisimus, vt liceret latiore virtutibus campum dare.

Chrysofolog.

Seneca.

6.

Iohan. 8.

Carthuf.

7.

Exod. 3.

D. Basil.

8.

Exod. 33.

Tertiò. Maximè ad nostram quæstionem superior cap. 8. num. 2. scribit noster Iohannes, quod Christus Dominus venit in templum, & sedens docebat eos, hic verò præteriens vidit cæcum, quem sanat. Cur illic sedet, hic verò velut per viam transiens sanat? Vbi communi salutis, ac totius populi bono consulitur, moras trahit, ac veluti magno consilio agens sedet: at cum vnus causa pertractatur, tanquam pertransiens illi prouidetur, ac sanitatem impartitur, vt totus rei communi, non particulari negotio deditus videatur.

Christus sedens agit de communi, transiens de particulari.

Deus in rubo incumbens, in foramine petrae transiit. Exod. 33.

Vt educeret Dominus populum suum de captiuitate Egypti, ac tyrannide Pharaonis, qua grauissimè premebatur. Apparuit Dominus Moyse in flamma ignis de medio rubi, Exod. 3. num. 2. quod explicans D. Basilius Magnus in cap. 6. Isaiæ: Incumbebat, ait, Dominus planta, neque tamen exurebat. Erat Dominus in rubo, tanquam moras habens, ac veluti sedens; postea verò cum Moyse maximè flagraret videndi Dei faciem desiderio; ait illi Deus: Cumq; transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & videbis posteriora mea. Exod. 33. num. 22. Ad quid tanta rei differentia; in rubo apparet incumbens Dominus, at in petra pertransiens se habet; ad quid tanta diuersitas? In planta res erat de totius populi salute, ac libertate. In sotamine verò petrae se exhibebat Dominus, vt optatis Moyse satisfaceret, & si incumbens omnium votis, ac salutis attendit, pertransiens

pertransiens verò vnus petitioni, ac desiderio condescendit.

8. Vt populus Israeliticus possideret Promissionis terram, contra quinque reges pugnat Iosue, ad victoriam complendam, Soli ac Lunæ indixit stationem. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Et subditur: Steterunt Sol & Luna, Iosue 10. num. 13. Aliter factum est cum rege Ezechia, cui pro salute concessa in signum datur, vt Sol retrocedat. Ecce, ego reuertenti faciam umbram linearum, & per quas descenderat in horologio Acha in Sole, Isa. 38. n. 8. Cur in primo euentu Sol, & Luna fixo gradu stant; in secundo verò non suo situ permanent, sed continuo motu retrocedunt? In Iosue communis populi res agebatur; in Ezechia verò suæ salutis certitudini respiciebatur; quæ enim communia stabili, & alto consilio fiunt, quæ autem particularia veluti obiter, ac transitorio gradu disponuntur.

Iosue 10.

Isai. 38.

Sol cum Iosue stas, apud Ezechiam retrocedit.

August.

9.

Quis est quæsi fuerit iste cæcus?

9.

Quis est quæsi fuerit iste cæcus?

Petr. de Nar.

10.

Chrysof.

Cæcus sine vis.

11.

Cyrrill. Rupertus. Alb. Magg. Carthuf. Hugo.

Matth. 15. Populus gentiliticus. Actor. 15.

9. Cæcus iste vocabatur Cedoninus, siue Celidonius; fuit vir sanctus, & Apostolicus, vt patet ex eius verbis infra num. 39. Credo Domine, & procidens adorauit eum. Cuius vitam scripsit Petrus de Natalibus Episcopus Esquilinus in Catalogo Sanctorum, lib. 5. cap. 105. Cedoninus Episcopus, ait, vel Sidonius fuit iste cæcus à Natiuitate, quem Dominus lutum ex spuro faciens, & oculos liniens illuminauit, vt habetur Ioan. 9. qui & ab aliquibus dicitur fuisse vnus ex 72. Christi discipulis. Sine autem ex numero illorum fuerit, siue non; planum habetur ex Chronicis, & gestis discipulorum, quod Christi discipulus fuit. Et post Ascensionem Domini ab Apostolis baptizatus, sancto Maximo specialiter adhestit; & cum eodem, & Lazaro, atque sororibus eius nauicula impositus, à finibus Indorum expulsus fuit. Et post pauca subdit: Ipse in ministerio Maximi Aquensis ciuitatis Episcopi permansit; & eiusdem predicationis coadiutor: vbi & post dies multos in pace quieuit, & iuxta Magistrum reconditus iacuit. Quod etiam tradunt Carthusianus, & alij.

10. Cæcus autem valde miro, & extraordinario modo cæcus erat, vt de illo affirmat D. Chrysofomus in Imperfecto, homil. 32. Cæcus iste, ait, contra regulam naturæ sine oculis creatus erat. Quod ita intelligo, vt palpebræ essent conglutinatæ cum maxillis, quod maximè inferuit ad commendationem miraculi.

11. Mysticè cæcus iste, vt existimant D. Cyrillus, Rupertus, Albertus Magnus, Carthusianus, Hugo, & alij, populum gentilem designabat; nam exiens Christus Dominus de templo Iudæorum, cum nolissent recipere Euangelium, se transtulit ad populum gentilem, qui nulla à maioribus accepta vera Dei cognitione quasi cæcus à natiuitate extabat, eumque prætereundo curauit Dominus, quia ad eum missus non erat, sed ad oues quæ perierunt domus Israel, Matth. 15. num. 24. Sicque dixerunt Paulus, & Barnabas, Actorum 13. num. 46. Sylueira in Euang. Tom. 1. V.

Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. D. verò Augustinus tractat. 44. Beda, Haymon & alij, totum genus humanum significare hunc cæcum autumant; cæcus enim à natiuitate sua est, quia omnes sumus: Natura filij iræ, Ad Ephes. 2. Ad Ephes. 2.

August. Beda. Haymon.

12.

Tertiò, hic homo naturaliter cæcus miserum hominis statum exprimebat, sed præter hanc sunt alia: duæ species cæcitatatis. Vna, quæ non visa, visa æstimantur; altera verò, qua visa reputantur non visa, quod notauit Tertullianus in Apolog. cap. 10. Dns species, ait, facile concurrunt, vt qui non vident, quæ sunt, videre videantur, quæ non sunt. Misit rex Syriæ militibus armatos, vt caperent Elifæum; orante Propheta percussit eos Dominus cæcitate, ne viderent, tunc Elifæus eis obuiam ait, non est hæc via, neque ista est ciuitas. Sequimini me, & ostendam vobis virum, quem queritis: Duxit ergo eos in Samariam, 4. Regum cap. 6. num. 19. posuitque eos in medio inimicorum suorum: Ecce miseri milites, cum captiui essent inter suos hostes suam captiuitatem non videbant; & cum in Samaria non esset domus Prophætæ, ibi tanquam eam visam, & obtentam reputabant.

Tertull.

Non visa, visa æstimantur.

4. Reg. 6.

13. Quartò. In hoc cæco à natiuitate, seu ab utero matris sue, vt habet Syriacus, grauius exprimitur malorum velocitas, sic in illo noxa manicauit, vt prius illum inuaderet, ac teneret, quam quod ipse communem lucem videret. Ascendebat in templum Petrus, & Iohannes. Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris sue, Actorum 3. num. 2. Valde signanter dicitur claudus ex utero matris suæ; non far erat dicere, quod homo ille claudus erat, ad quid exprimitur, ex utero matris suæ? vt denoteretur quam antelucanus fuerit defectus, & vitium in homine, quod sic præuigilauerit, vt natiuitatem non expectaret, sed antecederet, vt hominem opprimeret, & vexaret. D. Basilius Seleticus orat. 21. Sic in natura officina præuenerat. Vitium natiuitatem non expectauit, sed mixim anticipauit noxa. Sic vitium festinauit, vt natiuitatem antecederet.

Syriacus.

Malum valde velox in hominem.

Actor. 3.

Basil. Sel.

14. Alloquens Iohannes cum Iudæis, exprobrat illis dicens: Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentia, Matth. 3. num. 7. Non viperas appellat, sed progenies viperarum dicit, vt antelucanam in eis malitiam exprimat, quod non solum partum præcessit, sed tanquam filij viperarum simul cum ipso naturæ conceptu venenum, ac vitium hauserint, tam innata in eis malitia, ac nequitia apparebat. D. Petrus Chrysofologus sermone 137. Progenies viperarum, ait, quia quos Deus creauerat homines; malitia peperit, & conuertit in viperas.

Matth. 3.

Malum hominis à conceptu.

Chrysofolog.

QVÆSTIO III.

Quare Christus exiens de templo videt cæcum, quem sanat?

15. ERBELLE notat D. Chrysofomus homil. 55. Quod cum Iudei sermone ipsius Chrysof. FF 2 altitudi

Beneficia  
plusquam ver-  
ba alliciunt.

alitudinem non acciperent, sed demonium habere  
dicerent, & interficere conarentur, egressus e tem-  
plo cecum sanauit, tum ut absentia sua eorum di-  
ritiam, & immanitatem placaret. Auditis Christi  
verbis ipsum voluerunt lapidare Iudaei, tunc Do-  
minus eorum furori cedit, in ipsaque via cecum  
curat, vt quos verbis ac salutaribus documentis  
non traxerat, beneficiis alliceret.

16.  
Chrylost.  
Descendant  
magnates ad  
ministros.

Ad quaestionem primò respondet D. Chryso-  
stomus homil. 55. Ipse, ait, scilicet Christus, vi-  
det cecum, non ad ipsum cecus accessit. Christus  
videt hominem, à quo videri non poterat, ac-  
cedit ad hominem, qui ipsum accedere non vale-  
bat; discant & magnates, vt ad illos condescen-  
dant, qui ad eorum celsitudinem pertingere non  
possunt. Secundò D. Ambrosius epist. 75. Qua-  
si lux Christus tetigit cecum, & lumen infudit.  
Dixerat Dominus de se superiori cap. 8. num. 12.  
Exo sum lux mundi. Id, quod de se dixerat ver-  
bo, nunc opere adimplet, & suum munus lu-  
cis praestat illuminando, lucemque caeco infun-  
dendo.

17.  
Anton. Vlyf.  
Qui contem-  
platur infir-  
mitates mi-  
seretur.

Tertiò. D. Antonius Olyssiponenfis serm. in  
Feria 4. post Dominicam 4. Ad cecum aspicien-  
dum Dominus subsistit, quasi diligenter vellet eius  
infirmitatem contemplari. Videt Dominus cecum,  
eiusque miseriam contemplatur, indeque ad eius  
remedium mouetur; saeculi magnates cum in-  
feriorum infirmitates non intueantur, inde mi-  
nimè de illis prouidendis, ac subleuandis cu-  
rant.

18.  
Iustus ius-  
torum sup-  
plicio non est  
inuoluendus.

Quartò. Exiens Iesus de templo, relinquent-  
que obstinatos, ac blasphemos Iudaeos, praeter-  
iens, videt hunc hominem in via, quem curat, ac  
illuminat; erat iste ab iniquorum Iudaeorum  
crimine omnino alienus; nec enim ob multo-  
rum delicta, alij, & innocentes puniendi, ac ve-  
xandi sunt. Tuli: Moyses uxorem suam, & filios  
suos portans virgam Dei in manu sua, Exod. 4.  
num. 2. In Hebraeo redditur virga Elohim, hoc  
est Dei iudicis. Quod virga Dei appellaretur, in  
promptu est ratio; illa enim Dei miracula erant  
edenda, quae à solo Deo fieri possunt, sed cur dici-  
tur virga Elohim, Dei iudicis? Caeteranus: Ap-  
te dicitur Elohim, quia virga erat ad faciendam mi-  
rabilia iudicia Dei. Adhuc inquirendum est, in  
quam virga operando ostendebat hoc mirabile Dei  
iudicium; virga aquas percutiente Moyse ipsae  
verfae sunt in sanguinem. Affliguntur Aegyptij bi-  
bentes aquam fluminis, Exod. 7. num. 18. hac tam  
rigida poena, vt aquae verterentur in sanguinem,  
solum pledebantur impij, ac rebelles Aegyptij,  
non verò pij, ac fideles Hebraei, quibus valde per-  
lucida, ac potabiles erant aquae, hoc est mirabile  
Dei iudicium, quod cum punit iniustos, iustos  
feruat, fouet, ac custodit. Iosephus: Primum,  
ait, annis sanguineis fluentis prolabens ad potus ino-  
piam eos rededit, cum praeterea nullum fontem ha-  
beant, nec coloris tantum id erat vitium, sed si quis  
siti coactus gustaret, confestim acri dolore cor-  
ripiebatur, eratque talis Aegyptijs, solis Hebraeis  
vero dulcis, ac potabilis, & omnino pristinam na-  
turam retinens. Expende verbum, Aegyptijs  
solis.

Exod. 4.

Caictan.

Exod. 7.

Puniantur  
Aegyptij, &  
non Hebraei.

Ioseph.

19.  
Genef. 7

A communi  
supplicio li-  
beratur Noë.

Cum iam adueniret diluuij tempus ait Deus  
Noë: Ingredere tu, & omnis domo tua in arcam, re-  
enim vidi iustum coram me in generatione hac, Ge-  
nef. 7. num. 1. Cur Noë dicitur iustus in genera-  
tione illa, quod nec de Abrahamo, nec de Isaac,

vel Iacob scribitur? generatio illa omnino aquis  
diluij perimenda erat. At verò Noë incolomis  
seruandus; vt euidens appareat, quod mala ho-  
minum generatio ob sui delicta plebenda sit;  
at iustus non supplicio inuoluendus, sed saluus  
praeseruatur; & etiam cum dicitur: In generatio-  
ne illa, Ratio innuitur, ob quam non priscis tem-  
poribus, sed tali saeculo tanta poena infligatur,  
quia tunc vitiorum iniquitas maximè grassaba-  
tur, & homines omni turpitudini dediti dege-  
bant. D. Ambrosius lib. de Arca, & Noë cap. 11.  
Perpende, ait, addidit in generatione hac, vt neque  
superiores condemnaret, neque praesentes excluderet,  
recteque diluuium factum astrueret.

Ambros.

QUESTIO IV.

Quare secundum literalem intelligentiam  
hominis caecitas peccato, & non  
alteri causa refertur?

**D**ISCIPLINI non inter se mutuo, sed  
tantum à Christo quarunt. Quis pecca-  
cauit hic, aut parentes eius? Solus enim  
Christus caecitati ac peccato hominis valebat  
medicamen, ac sanitatem dare, illi enim soli vul-  
nus aperiendum, qui & potest remedium exhi-  
bere. Vide tom. 2. cap. 1. quaest. 15. n. 55. & tom. 3.  
quaest. 3. num. 13. 14. & 15. & cap. 31. quaest. 2.  
num. 9. 10. & 11. De ipsa interrogatione discipu-  
lorum est praesens quaestio, multam enim diffi-  
cultatem continet, videtur enim intendere pos-  
se aliquem committere peccatum, antequam na-  
sceretur.

20.  
Vultus ei  
aperiendum,  
qui potest re-  
mediu dare.

Primò. D. Cyrillus in Catena Graeca, Ians-  
fenius, & alij existimant discipulos infectos fuisse  
errore Pythagorae, & Platonis, qui putabant  
animas ante corpora extitisse, & ob peccata sua  
in corpore migrare; certum tamen mihi est,  
quod discipuli in doctrina Christi instructi, ma-  
ximè ab huiusmodi errore distauerint. Secun-  
dò. Leontius astruit discipulos loqui de pecca-  
to caeci, non ante natiuitatem praeterito; sed  
post eam futuro; ac si illud futurum prauidens  
Deus prauiua caecitate punierit. Etiam ab hac  
sententia distabant discipuli, non enim Deus pun-  
it peccata futura, sed praeterita.

21.  
Cyrill.  
Ianic.

Leontius.

Tertiò. D. Chrysofomus homil. 55. in Ioan-  
nem: Absurda, ait, interrogatio, quomodo enim  
peccauit, antequam natus esset. Idem habent Theo-  
phylactus, D. Thomas, D. Bonauentura & alij.  
Nam etsi saepe ob peccata veniant infirmitates,  
non tamen semper. Nam Iob cum innocens es-  
set multis morbis, ac calamitatibus est afflictus;  
sicut & Tobias caecitate percussus; deinde ho-  
mo iste antequam natus esset, nullum habuit pec-  
catum actuale, vt est euidens, sed solum origi-  
nale, quod & licet sit causa omnium poenarum,  
ac malorum, quae nobis in hac vita obue-  
niunt, & nominatim morborum, qui infanti-  
bus accidunt, vt docet D. Augustinus lib. 3. con-  
tra Iulianum, cap. 4. tamen ipsum originale  
non fuit causa propria, cur iste praer aliis infan-  
tibus caecus nasceretur, vt etiam notat idem  
D. Augustinus tractat. 44. in Ioannem, cum  
alij infantes eodem originali non nascantur  
caeci.

22.  
Chrysof.  
Theophyl.  
D Thom.  
Bonauent.

August.

Qui

23.

Exod. 20.

2. Reg. 12.

Ezech. 18.

24.

Carthuf.  
Chrysof.  
Anton. Vlyf.  
Probabilior  
sententia.

Ioan. 14.

Qui etiam ibi notat, quod licet parentes huius  
hominis habuissent peccatum, non tamen inde  
factum est, vt iste caecus nasceretur. Et si discipuli  
dixerunt, quis peccauit hic, aut parente eius? Ex eo  
hoc dixerunt, quia scriptum legerant: Ego sum  
Deus Zelotes visitans iniquitates patrum in filios us-  
que ad tertiam & quartam generationem, Exod. 20.  
num. 5. Sic & aliquando peccata parentum in fi-  
liis, re omnium ipsi charissima puniuntur, vt pec-  
catum David morte filij, 2. Regum 12. num. 14. Et  
peccata parentum in filiis in subuersione Sodo-  
morum, ac inundatione diluuij. Tamen etiam scri-  
ptum est: Filius non portabit iniquitatem patris,  
Ezech. 18. num. 20. Ac proinde licet aliquando  
huiusmodi afflictiones ob peccata parentum filiis  
infligantur, non tamen semper, sed multoties ex  
concurfu causarum naturalium, & saepe ex alta  
Dei prouidentia, vt probat subsequens Textus: Vt  
manifestentur opera Dei in illo.

Vnde valde aptè, vt mihi videtur, respondet  
Carthusianus, quod discipuli, cum essent simplices  
simpliciter quaesierunt. Admirati de hominis caeci-  
tate, quam altè contemplantem viderant suum  
Magistrum, vt docent D. Chrysofomus, D. An-  
tonius Olyssiponenfis; idè ex quodam animi  
candore, ac simplicitate quaerunt, non perpenden-  
tes minutim omnium rerum difficultates. Sicut  
& Petrus dixerat in Thabor: Domine bonum est nos  
hic esse. vt dixi supra cap. 8. quaest. 19. num. 160. &  
Philippus dixerat: Domine ostende nobis Patrem,  
& sufficit nobis, Ioan. 14. num. 8. de quo suo loco ra-  
tiones morales quaeramus.

QUESTIO V.

Quare morali sensu caecitas hominis,  
suo vel maiorum peccato  
adscribitur.

25.  
Ammon.

Labores mè-  
tem illumi-  
nant.

Tob. 11.

Lyran.  
Carthuf.  
Tyrin.  
Sararius.

Bernardin.

Iudic. 13.

**R**ESPONDET primò Ammonius in Ca-  
tena Graeca: Erronea, ait, est ista interroga-  
tio, cum nemo peccet, antequam natus sit, cum tunc  
omnino non existat. De hac sententia iam dixi su-  
periori quaestione. Nunc moraliter bene erronea  
opinio nuncupatur, cum astruat ob peccata tan-  
tum hominibus mala, ac oppressiones aduenire.  
Saepe saepius iustus affligitur, vt in virtute profici-  
at, ac in officio suo contineatur, vt vexationi-  
bus maximè ad Deum accedat, illiusque cog-  
nitione illuminetur. Sumens Tobias de selle piscis, le-  
uauit oculos patris sui, & sustinuit quasi fere dimi-  
diam horam: statimque visum recepit, Tobiae 11.  
num. 13. Cur fel assumitur vt medium ad illumi-  
nandos oculos, cum ob sui nigredinem, ac den-  
sitate videatur valde ineptum ad huiusmodi af-  
fectum praestandum, & licet aliàs medicamen-  
tum esset, vt voluit Lyranus, Carthusianus, Ty-  
rinus, & alij, tamen quod tam citò operaretur sa-  
lutem, miraculum extitit; vt notat Sararius  
quaest. 2. Vnde ergo illi tanta vis? In felle expri-  
mitur laborum, ac pressuratum amaritudo, & haec  
valde efficax ad lucem, & perspicaciam admini-  
strandam, vt lumen cali intueatur. D. Bernardi-  
nus serm. 8. Quia per hac, ait, mens iusti illumina-  
tur ad maiorem cognitionem Dei: nam tribulatio  
est illud amarum fel, quo oculi Tobiae id est viri in-  
sti ad Dei cognitionem fuerunt illuminati. Vnde Iu-  
dic. 3. num. 1. Scriptum est: Haec sunt gentes, quas  
Sylueicia in Euang. Tom. I. V.

dereliquit Dominus in terra Promissionis, vt per eas  
erudiret Israellem scilicet ad Dei cognitionem.

Secundò. D. Cyrillus lib. 6. in Ioannem, cap. 13. 26.  
Quia meminerunt scilicet discipuli, ait, languido ad  
probatam piscinam à diuina agritudine curato  
ditum esse à Domino: Vade, & amplius noli pec-  
care, vt deterius tibi contingat. Ioan. 5. Et para-  
lytico iacenti in grabato, qui in domo ei oblitus fue-  
rat: fili, dimitte tibi peccata tua: arbitrari  
sunt caecitatem huic homini infligam fuisse propter  
peccatum, aut suum, aut suorum parentum. Ex in-  
dicio ergo vtriusque paralytici, indubitanter ita-  
tuunt, & affirmant hanc caecitatem hominis ali-  
cuius peccati extitisse poenam; sunt aliqui, qui  
ita suis coniecturis se credunt, vt id, quod illi ri-  
mantur, ac praesumunt, pro certo praepo-  
nant, & asseuerent. Cum Iacob fugeret è domo La-  
ban secum ferens Liam, & Rachelem vxores  
suas, ac filias eius, cumque eum comperisset,  
ait ei Laban: Quare ita egisti, vt clam me abi-  
geres filias meas tanquam captiuas gladio? Ge-  
nef. 31. num. 26. Quid dicis, o homo, quomo-  
do affirmas quod filias tuas, vt captiuas ducat,  
cum satis esset euidens, quod Iacob valde tene-  
rè eas diligeret, nihilque absque earum consi-  
lio ageret? Vnde ergo in hanc conclusionem de-  
uenit Laban? & abigeres filias meas tanquam ca-  
ptiuas gladio, & non vt vxores. Cui videret La-  
ban, quod ipsas clam, ac ipso inconulto secum  
Iacob deferret, inde ex hac leni coniectura indu-  
bitanter affirmat, eas non vt vxores, sed vt gladio  
captiuas è domo sua educi.

Cyillus.

Ioan. 5.

Quod homi-  
nes coniectu-  
rant, affir-  
mant.

Genef. 31.

27.  
Rupertus.

Tertiò. Rupertus lib. 9. in Ioannem: Temera-  
rium, ait, iactantes iudicium, quod vel propter  
suam, vel propter parentum propriorum culpam  
hoc eueniret. Poterit quidem caecitas à peccato  
esse; potuit & à Dei consilio venite infirmitas,  
homines tamen more suo solito, quod peius est,  
cogitant, & affirmant. Dixerunt Moyses, & Aa-  
ron Pharaoni. Haec dixit Dominus Deus Israel:  
dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in de-  
serto, Exod. 5. num. 1. Ex quo iratus Pharaon suis  
ministris praecipit, vt non datis paleis Israel fi-  
lij cogereantur suum consuetum laterum opus ad-  
implere. Ex quo venerunt praepositi filiorum Is-  
rael; & vociferati sunt ad Pharaonem dicentes:  
Cui ita agis contra seruos tuos? Palea non dantur  
nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli  
tui flagellis cadimur, & iniuste agitur contra popu-  
lum tuum, ibidem num. 15. Cur tam praergran-  
de, ac veluti impossibile laboris opus imponi-  
tur populo causa tam ditae sauitiae ipsi expli-  
cant eum dicunt: Iniuste agitur contra populum  
tuum. Ex radice Hebraica sic enucleat Lyp-  
pomanus: Quasi dicant, populus tuus, peccati reus  
indicatur, vel ponitur perinde quasi peccarit in re-  
giam maiestatem derelictando mandatum Regis.  
Vnde potuerunt Pharaonis ministri in hanc co-  
gitationem deuenire, vt Israel tanquam laesa ma-  
iestatis reus plecteretur? Mortium tam durè  
seruitutis ortum est ex eo quod vellent Deo sa-  
cificate in deserto, hoc autem erat opus reli-  
giosum, & sanctum, ex Dei mandato ordina-  
tum, multisque signis stabilitum; quomodo er-  
go tanquam grauissimum scelus reputatur? Sic  
solent homines aliorum opus, quamuis pium,  
temeraria praesumptione, non virtuti adscribere,  
sed culpa, ac crimini, & non cuiuscumque crimini,  
sed grauissimo, ac maximè execrabili, vt pote of-  
fensa laesa Maiestatis.

Homines te-  
merarie quod  
peius est, exi-  
stimant.

Exod 5.

Lypoman.

Opus pium  
in crimen la-  
se Maiestatis  
detorquens  
homines.